Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1559

Quelle:
Copyright:

no martire habitus *Anno Domini* 1400.

VIII. *fol.* 170. p. 2. *Collacio quinta in ſtatione Vniuerſitatis pro vnione et pace et bono ſtatu eccleſie facta vltimo die aprilis Anno 1402.* In illud: *Propter domum domini dei noſtri queſiui bona tibi. Pſal.* 121. Initium: *Nos humiles et puſilli, ſcientia pauperes* &c. Vivis coloribus depingit mala Eccleſiae et morum corruptionem ſed imperfecta eſt.

IX. *fol.* 172. Sermo de *Nativitate Domini* in illud *Iſ.* 9. *Paruulus natus eſt nobis.* Initium: *Diuine pietatis erga nos ineſtimabilia beneficia hodie nobis exhibita* &c.

X. *fol.* 197. Oratio Legatorum Academiae *Vienn.* in adventu ſuo ad *Johannem* Pont. et Concilium *Conſtant.* Invitata erat Academia literis *Johannis* datis 1414. 24. *Jul.* quarum Summa recitatur in *Conſpectu Hiſt. Univ.* ad *h. a.* p. 100. ibidemque electi dicuntur Oratores *Petrus de Pulka* et *Caſp. Meiſelſtein* Decret. Doctor 29. *Sept.* Adlocutionem, quae nobis obverſatur, non dubito *Petro* tribuere. Infit illa: *Ecce ego, vocaſti enim me. I. Reg. 3. Sicut in vniuerſali mundi machina nature lex et ordo expoſcit, ut inferiora queque in ſuis naturalibus operacionibus ſuperiorum ſuorum nutibus irrefragabiliter obtemperent* &c. *Que ſane ponderans Sanctitatis V. filia deuotiſſima atque humillima Vniuerſitas Studij Wyenn. ab eadem Sanctitate V. ad huius ſacri concilij locum certis litteris legitime euocata paruipenſis ſumptibus, nullipenſis difficultatibus, ſpretisque incommodis et laboribus ea qua valuit decentia Sanctitatis V. mandatis obedientiſſimam ſe in perſonis noſtris humillimis ſtuduit exhibere.* Multa deinceps de adflicto Eccleſiae ſtatu et remediis adhibendis.

XI. *fol.* 200. Sermo habitus in Concilio *Conſtant.* in illud *Luc.* 17. *Ite oſtendite vos Sacerdotibus.* In *Cod.* DCCCCLXIX. aperte *Petri de Pulka* nomen praefert, cum igitur in praeſenti αὐτογεαφος multoque limae uſu pernotatus ſit, conſequens eſt plurima in eo ab eadem manu profecta ἀνωνυμα ad *Petrum* referri debere.

XII. *fol.* 205. *Copia Capitulorum pronunciatorum in concilio generali XXVII die Menſis Julij preſidente Domino Allexandro papa Quinto.* Itaque *Piſis.* a. 1508. Edidit ea *Herm. Harduius* T. II. P. 2. p. 152. hoc initio: *Sacro approbante Concilio omnes et ſingulas promociones translaciones* &c.

XIII. *fol.* 212. Sermo habitus, ut e calce adſumo, *Anno d. 1416. per venerabilem P. generalem ordinis predicatorum in Conuentu eorundem pro exequiis Epiſcopi fulginatis in 40ma tempore Concilij generalis.* Orator hic eſt F. *Leonardus Statii de Datis*, cujus Acta et Scripta referunt Bibliothecarii *Ord.* T. I. p. 755. nullam tamen Parentationis